

2.3 - collazioni e distribuzioni (varie fonti), anni 1291. - 1528. (c. 66.-71.).

Ex Lib. F. Actorum c. 24.*(terzo fascicolo - carta 66.)*Martinus E.pus Servus Servorum (*sin qui in lato sinistro*) Dei¹

Venerab. Fratribus Concordiensi, et Termipolensi ep.is, ac dilecto Filio Abati Monasterii B. Marie de piro Tervisiane dioecesis salutem, et Ap.licam benedictionem.

Militanti eccl.ie, licet immeriti, disponente Domino, presidentes circa curam ecclesiarum et majorum omnium solertia reddimur indefessa solliciti, iu juxta debitum Pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, et profectibus divina coherente clementia salubriter intendamus.

Sane dilectorum filiorum Decan, et Capituli, singulorumque Canonicorum et personarum eccl.ie Tervisii conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, e.pi, et aliique ecclesiarum prelati, et clerici, ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares, Nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, nobiles Milites, et layci, communia Civitatum, universitates opidorum, castrorum, villarum, et aliorum locorum, et alie singulares persone civit. et dioec. Tarvisine, et aliarum partium diversarum occuparunt, et occupare fecerunt, jura, jurisdictiones, fructus, census, redditus, et proventus dictorum Decani, Cap.li, Can.rum et personarum, ac nonnulla alia bona mobilia et immobilia spiritualia et temporalia ad Decanum, Capitulum, Can.cos, et personas, ac eccl.iam huiusmodi spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus portant (? : *la carta manca*) auxilium, consilium, vel favorem. Nonnulli etiam civitatum, diocesium, et partium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem decano, Capitulo, Can.cis, et personis super predictis juribus, jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, et proventibus eorumque, et quibuscumque aliis bonis mobilibus, et immobilibus, spiritualibus, et temporalibus, et aliis rebus ad eosdem, Decanum, Capitulum, Can.cos, et personas ac Eccl.iam spectantibus, multiples molestias, et iniurias inferunt, et iacturas.

Quare dicti Decanus, Cap.lum, Can.ci, et persone nobis humiliter supplicarunt, et cum eisdem valde reddetur difficile pro singulis querelis ad Apostolicam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus.

Nos contra aduc jus occupatores, detentores, presumptores, molestatores, et iniuriatores huiusmodi, illorum volentes eisdem Decano, Cap.lo, Can.cis, et personis remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis, conservatores, et iudices, prefatis Decano, Capitulo, Canonicis, et personis efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem super his², et quibusvis aliis indebite molestari, vel eis gravamina, seu damna, vel iniurias irrogari, facturis dictis Decano, Cap.lo, Can.cis, et personis, cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum(? , *parola cancellata e illeggibile*) aliquo fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet, super restitutione huiusmodi jurium, jurisdictionum, fructuum, censuum, reddituum, et proventuum ac bonorum mobilium et immobilium, nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis, atque dapnis presentibus et futuris in illis vid. que iudicalem requirunt indaginem, summarie de pleno, sine strepitu, et figura iudicii, In aliis vero prout qualitas eorum exigerit; justicie complementum, occupatores, seu detentores, presumptores, molestatores, et iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis extiterint . . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) 1428. Pontificatus Martini V. Anno 12. 29. Luglio.

² (*come sopra, integra:*) bonis et juribus ad Decanum, Capitulum et personas, ac eccl.iam predictos sperctantibus ab iisdem vel

quandocumque et quomodocumque expedierit auctoritate n.ra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis; non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Pape VIII. predecessoris n.ri, in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem et dyocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue dyoc.³ in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere seu alii, vel aliis vices suas committere; aut aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorumdem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur.

Seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violenciis, et aliis, que judicialem requirunt indaginem penis in eos, si secus egerint, et in id procuratores adiectis conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de iudicibus delegatis, et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, que vere possent in hac parte jurisdictionis aut potestatis eiusque libero exercitio quomodolibet adiuvari.

Seu si aliquibus comuniter vel divisim a predicta sit sede indultum, Quod excommunicari, suspendi, vel interdicti, seu extra, vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, et eorum personis, locis, ordinibus, et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existant, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestre jurisdictionis explicatio valeat quomodolibet impediri. et de qua, eiusque toto tenore de verbo ad verbum in n.ris litteris habenda sit mentio specialis.

Ceterum volumus, et auctoritate apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium incohatum, quamvis idem incohans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a data presentium sit vobis, et unicuique vestrum in premissis omnibus, et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et jurisdictio attributa: ut eo vigore, eaque firmitate. possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et non predictis proceder. ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et jurisdictio vestra, et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum exitisset.

Constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. presentibus post quinquennium minime valituris.

Datum Ferentini IV. Kal. Augusti Pontificatus n.ri anno duodecimo.

(- carta 66. tergo: parte superiore)

ex Autentico existente apud Ill.m D. Dyonisium Bellausam Civ.m Tarvisinum⁴.

ab extra Nobili et Sapienti Viro Andree Bernardo Pot.i et Capit.o Tervisii
 Quod duo Can.ci vadant ad Concilium
 Potestas et Capitaneus major mittat omnes istas Litteras subito T.visium.

Franciscus (*a lato*) Foscari Dei gratia Dix Venetiarum etc.

Nobili et Sapienti Viro Andraeae Bernardo de suo Mand.to Pot. et Cap. Tarv. fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Scribimus et mandamus vobis cum nostris Consiliis Rogatorum et additionis, quatenus providere, et mandare debeatis parte nostri Domini Capitulo Eccl.iae Cathedralis illius Civitatis, quod mittant duo Can.cos ad Concilium Basileiense ad expensas ipsius Capituli, et totius Cleri, . . .

³ (*a lato, in margine sinistro, integra:*) ad iudicium evocetur, seu ne iudices, et conservatores, sed deputati predicta extra civitatem, et dyocesim

⁴ (*a lato, in margine sinistro*) E. In prv. casa
 Authenticam hanc Epistolam mihi dono traditam in Archivum Capitulare nostrum intuli Die Sabati XVI. Cal. Nov. 1761.

exceptando ab hac expensa illos Praelatos, et alios, qui ivissent, vel misissent ad ipsum Concilium. Qui Canonici recedere debeant a die praesentis mandati sibi facti usque ad dies octo, et ire ad Concilium, sub poena amittendi introitus Suarum prebendarum. Verum si per dictum Capitulum et Canonicos non observaretur, ut dictum est, faciat intromitti et sequestrari omnes introitus, et redditus Suarum Praebendarum. Praeterea mandamus vobis, quod scribatis nobis nomina illorum duorum Canonorum, qui ibunt ad ipsum Concilium, ut de eis dare possimus notitiam oratoribus nostris, qui sunt in Basilea, ut videant si iverunt, vel non.

Litteras autem praesentibus alligatas Rectoribus, quibus vadunt subito mittere debeatis.

Data in nostro ducali palacio die 22. Januarii indict. 12. Anno MCCCCXXXIII.

1434. Fol. 60. Scod. Cap.Iris

Item dedi D. Georgio Valaresso (*sin qui in margine*) Nob. Veneciarum recipienti R.mi Domini Archie.pi Cretensis pro eius salario, eo quod Advocatus Cap.li in Concil. Basileiensi⁵ extitit St. VIII. fr:ti quod fuit venditum p.tio quinque auri, vel in monetis in ratione L. 5: C. 10. pro Ducato. - - - - - L. XXVII:10

Nel Summario B. dai Processi c. Av:s Giustiniani 1628. si legge

(*le prime sei annotazioni sono a tutta pagina*)

* 1291. 4.to ap.lis. Institutio Praebendae in Eccl.a Tar. per Bonacursium Mansionarium de consensu et voluntate Cap.li.

* 1263. 8. Maii: Solutio haeredum Jacobi Pistafava Cap.lo Tarvis. libbr. 77. pro terra Cimiterij 1379. ul.mo Oct.bris (credo sia nel lib. Rosso A.) Licentia p. Cap.lum concessa Lazaro p. tempus guerrae.

1380. XI. Januar. ibi. Cap.lum praecipit Francisco q. Bartol. aurificis Praeb., quatenus in primis 4. temporibus se debeat Pb.rum fecere ordinari, sicut Praebenda requirit.

Concedit licentiam Domin. de Fossalonga Praeb. se abscentandi tempore guerrae. . . .

1384. 20. Maii. Legatum Cap.lo pro Anniversarijs, et Campana magna pulsanda. . . .

1412. 23. Marzo. Jo: Cavazzoni Pizzoli de Volpago donavit, et super Altare B. Petri obtulit unam clausuram positam in volpago in contra- (*prosegue sulla seconda metà della pagina: colonne seconda, terza e quarta*) -ta, quae dicitur cortina cum oneribus Cap.lo Eccl.ae Tar. Aequal. pro suis Annivers. et pro una sepultura eidem donata per idem Cap.lum.⁶ V. infra pag. 100. t.o.

(*sotto metà pagina: seconda colonna da sinistra*)

1412. 9. Giugno. il Cap.lo divide dalla Capitolare la Mensa Equ., e vi crea un Sendico particolare

- 25. Giugno. Tutti li Benefiziati in pena di L. 1: dicano Messa in Chiesa il prossimo giorno di S. Pietro.

1412. 27. Giugno. Non siano date distribuzioni a Pre Niccolò Magazeno.

1413. 24. Luglio. Il Maestro non metta in tavola alcun'infermo.

1420.17. Giugno. La metà dell'onoranze sia de' Massari, e la metà de' sindici.

1420. P.o Luglio. Praebenda olim assignata Organistae modo salarium viginti duc., pro mediet. Cap.li, et Aequaliter.

1424. 29. 8.bre. Privatatio Praebendati Zannini Portitoris ob negligentiam.

. . .

⁵ (*a lato, in margine sinistro*) num contra Ep.um Johannem, qui eidem Concilio interfuit ?

⁶ (*come sopra*) V. in libro Annivers. fol. 16. eod. die et anno; legatum Cap.lo pro una sepultura

1432. 10. 8.bre. Condanna contro Pre Zanin negro Mansion. qui recusavit dicere
 “Benedicamus Domino”; debba dir l’ep. la nella Messa conventuale
 senza mercede; e negligendo questo non possa venir in coro colla
 cotta, ma senza etc.

1459. Bartolomeo Rettore della chiesa di S. Teonisto, e Amadeo Can.co del 1463
 instituiscono due Prebende col debito di celebrare secundum
 consuetudinem eccl. ae prout alii Praebendati faciunt, Missas et . . .

(*stesso luogo: terza colonna da sinistra*)

alia divina officia.

V. et similem 1420., “qui subsit Cap.lo, obedientiae Decani et
 Cap.li prout subsunt alii Capellani Praebendati”.

Item vide similes 1337. 1347. 1356. 1400. 1463. 1527.

1466. 11. 7.bre. Statutum Cap.lo, che alium Can.cum, Mansion., o Prebend., il quale dica
 la prima Messa, non sia presente al Matut. se non ci viene.

1476. 22. Martii. Distributiones de gr.a concessae vicario D. E.pi ad beneplacitum Cap.li,
 donec docent de asserta unione Beneficii vicariae facta Episcopatu. o
Vicariatui ?

1482. 13. Martii Deliberatio Cap.li che nemo chorum ingrediatur sine almutia.

1484. 20. Marzo. Pars Cap.li. Decanus, Archid., vel antiquior Can.cus: praesentes citare, et
 monere possint non residentes; et postea in Cap.lo referre: ut
 puniantur “poenis, et censuris contentis in Cap.li et statutis...”.

1493. Concedit Cap.lum Jo: Fontanae facultatem construendi Cap.ta crucifixi in
 Cathedrale.

1493 Testa.m Iuliani de Montona, reliquit inter caetera casa in Calmazor per la prima
 Messa

(*stesso luogo: quarta colonna da sinistra*)

1499. 3. Augusti Cap.lum impartivit licentiam Diacono Praebendato, se abscentandi ab
 eccl.a, proviso de substituto, etc.

1500. P.o. X.bre licenz. di assentarsi per 7. anni “studendi Patavii causa” ad un Prete,
 purchè provveda, che per lui sieno celebrate le messe nella Cattedrale.
 Proc. P. c. 80.

1505. 2. 8. Monitorio contro li non residenti et precipue Antonio Fanzario.

1509. 23. Augusti. Il Cap.lo privò Antonio Consedonio “ab ingressu chori, et quotidianis
 distributionibus”.

Ipse obtinuit ab e.po mandatum inhibitorium, supposita nulla
 jurisdictione in Cap.lo. etc.

1519. 26. Ap.le. Cap.lum censuit fructus Mansionariae Jo: de Castrobernardo, spectasse
 Antonio de Brundusio. Ille appellavit E.pum. etc.

- 7. Maggio. Terminatio Cap.li, che in esecuzione degli Statuti li Mansionarj, e
 Prebendati, ed altri sostituti, che si partono dal coro, sieno pontati,
 con altri ordini etc.

1524. Statutum Cap.li circa officia obeunda per Clericos, Mansion. et Preb. et alios eccl.e
 Cath.lis.

(*stesso luogo: prima colonna da sinistra*)

1526. 3. Marzo. condanna il Cap.lo in L.16. un Prebendato, per aver in coro detto Villanie .
 . . .
 ad un Mansionario.

- XI. Giugno Decretum Cap.li contra Mans. et Praebed. in spretum Statuti non solvendo
 punctaturas.

1529. 2. 7.bris. decretum Cap.li de residentium lucra.

. . . .

1531. 12. Aug. Decretum Cap.li, quod Scholasticus ponat in tabula Missam S. Hieron. p.loco, et dicatur ab omnibus Praebendatis.
- 4. 9.bris. Reformatio chori per Cap.lum.
1537. P:o. Aug. Assoluzione del Mansion. Rido condannato già dal Cap.lo, e che s'era appellato, ma poi s'era rimesso "ad misericordiam" Capituli.
1538. 17. ap.le il Cap.lo accordò alla Scuola del Gesù, che prenderse per Soldo (?), come fa la Scuola de' Battuti, de prebendati o sostituti della Cattedrale "ut possit cum honore incedere", ordinando agli Scolastici e Sacristi di osservare tale accordo.
1542. ul:mo Iunii. Condemnatio decani approb; per Cap.lum contra duos clericos inobedientes.
1547. Pars Cap.li, quod Praebendati inobedientes Cap.lo, non possint habere aliquod munus a Cap.lo, nisi quesiti (?) suffragiis.
1547. Cap.lum mulctat de uno Duc. Pb.rum Aurelium Locatellum, qui recusavit sumere pluviale.

(quarto fascicolo - carta 67.)

**Bulla Unionis perpetuae
hospitalis S:ti Jacobi de Schiriali Canipae Eccl.iae Tar:nae una cum p.petua
Praebenda Vicaria nuncupata in Eccl.ia Tar:na⁷**

1437. 25. 7.bre⁸. (*a lato, in margine sinistro*) Eugenius E.pus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam injunctum nobis desuper quo Universis Orbis Eccl.ijs astringimur Ap.licae servitutis Officium sedula Nos instantia p.urget, et illarum jugiter intendere p.fectibus, et in ad earum p.pagend.m decus, et honor in ipsis quoque divini cultus increm:ta succedat prout expedire conspicimus salubriter p.videre.

Cum itaq; sicut accepimus hospitale, sive Domus leprosorum propé muros Tarvisonorum, cui Eccl.ia S:ti Jacobi de Schiriali, et propé dictos Muros Canonice annexa est, et quod semp. Secularib.s in titulum p.petui Beneficij Eccl.iaci assignari consueverit⁹, ac quo.dam Xp.ophorus de Rama de Venetijs ipsius Hosp.lis, sive Domus leprosorum propé muros Rector dum viveret obtinebat, p. obitum ipsius Xp.ophori, qui extra Romanam Curiam decessit, vacaverit, et vacet ad p.n.s, ac Ven:lis Frater Noster Ludovicus E.pus Tarvisinus summis affectib.s p.sequats, quod in Eccl.ia Tar:na, cui praeest ad illius venustatem, et honorem duodecim Scholarium, qui in Gramaticalib.s, et cantu p.ut congruat instructi, una cum ipsorum Mag.ro divinis ibidem habeant officijs interesse, numerus existat.

Nos affectus hujusmodi plurimum in D.no commendantes, et ut optati fructus inde p.veniant Ap.licos volentes impartiri favores. Motu proprio, non ad alicujus Nobis sup.hoc oblatae petitionis instantiam, sed de N.ra mera liberalitate Hosp.le, sive Domum hujusmodi, cui centum, et viginti, nec non p.petua Praebenda Vicaria nuncupata in dicta Eccl.ia Tar:na, quam Dilectus Filius Symon de Vivianis¹⁰ de Venetijs obtinet, et cujus octuaginta Ducatorum auri fructus, redditus, et proventus, secundum communem extimationem valorem annum ut accepimus non excedunt, cum omnib.s jurib.s, et p.tinentijs suis Canipae ipsius Eccl.iae Tar:nae ad usus Mag.ri, nec non Scholarium p.dictorum p.petuò auc.te Ap.lica incorporamus, annectimus, et unimus, itaq; quod liceat Massario dictae Canipae pro tempore existenti . . .

⁷ (*nota a lato a matita, in margine destro*) Vedi Bolla di Conferma 1438. p. 12

⁸ (*nota a lato, in margine sinistro e sotto la data*) 1630. 6. Luglio. Possesso Temporale al Canonico Varisco Massaro di Can:ci e Cattedrale. V. infra pag. 121. t.o.

⁹ (*sotto la precedente*) 1377. 8. Sept.s. Pb.r Guido de Seravallo Prior Sc.i Jacobi de Schiriali de prope Tarvis. Testis interest augmento Dotis D. Margarite fil. qu. Ser Bonacursii Clarello Not. et uxoris Barthol. filli Ser Petri de Busco de Petrarubea Draperii et Civis Tarvis.

¹⁰ (*sotto la precedente*) 1429. Simon de Vivianis Vicarius perpetuus componitur in Duc. XXV. auri cum Cap.lo super fructibus primi anni sui Beneficii. in lib. Rub. A. Ex. 15. p.a.

p. se, vel alium, seu alios Hosp.lis, sive Domus sit, ut p.mittitur, vel alios quovis modo, aut ex alterius cujuscumq; p.sona, seu p. liberam ressignationem alicujus de illo, vel illa extra Romanam Curiam, et coram Not:o Publ:co, et Testib.s spontè factam vacat, et tanto tempore vacaveri, quod collatio juxtà Lateranensis Statuta Concilij ad Sedem Ap.licam Legitimè devoluta, nec non Hosp.le, seu Domus hujusmodi dispositioni Ap.licae specialitè reservatum, vel reservata sit, et sup. eo, vel illa inter aliquos lis, cujus statum pro expresso p.ntib.s haberi volumus indecisa pendeat ex nunc, alioquin quamprimum . . .

(- carta 67. tergo)

illud, vel illa, et etiam Praebenda, dum ipsam p. cessum, vel decessum aut alias quovis modo vacare contingerit juriumq;, et p.tinentiarum p.dictorum corporalem possessionem auc.te propria liberè apprehendere, nec non Hosp.lis, sive Domus illos. Vid:t, quod subportatis onerib.s, et ei, qui pro receptione, et substentatione leprosum, et pauperum inibi pro tempore confluentium incumbentib.s onerib.s supererunt, nec non Praebendae fructus, redditus, et proventus hujusmodi in p.missos usus convertere, ac etiam deputare. Diocesani loci, et alterius cujusvis sup. hoc licentia minime requisita.

Rursus¹¹ eidem E.po convenientia, de quib.s sibi videbitur ordinationes, et statuta p. quam, vid:t, vel quos dicti Mag.r, et Scholares inibi successu temporis assumi, nec non institui, et destitui qualitèr verò, et de quib.s, ac ubi vivere, et quomodo in Eccl.ia Tar:na p.fata, nec non extra illam extraere debeant eadem auc.te faciendi, ac omnia alia, et singula, quae in p.missis, et circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna fuerint disponendi, et exequendi plenam et liberam concedimus tenore p.ntium facultatem. Propterea incorporationes, annexiones, et uniones hu.moi p.petuam Roboris obtineant firmitatem;

Motu simili volumus, et eadem auc.te decernimus, quod incorporationes, annexiones, et uniones p.dictae nisi de illis specialis, et exp.ssa mentio fiant sub quibusvis revocationib.s p. nos, vel Successores n.ros Romanos Pontifices de incorporationib.s, annexionib.s, et unionib.s sub quacumq; forma faciendis nullatenus comprehendantur, sed nihilominus illi jurib.s subsistant p.inde in omnib.s, et p. omnia, ac si revocationes hujusmodi minimè fierent, non obstantib.s faelicis recordationis Bonifacij Papae VIII. Praedecessoris n.ri, ac alijs Ap.licis constitutionib.s, et ordinationib.s, nec non dictae Eccl.iae Tar:nae juram:to confirmatione Ap.lica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinib.s, caeterisq; contrarijs quibuscumq; aut si aliquis sup. provisionib.s sibi faciendis de hu.moi, vel alijs beneficijs Eccl.icis in illis partib.s speciales, vel Gn.les dictae Sedis, vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiam si p. eas ad inhibitionem, reservationem, et Decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem Literas, et p.cessus habitos p. easdem, ac quorumcumq; inde secuta ad hosp.le, sive Domum, et Praebenda hu.moi volumus non extendi.

Sed nullum p. hoc eis, quoad assequutionem beneficiorum aliorum p.judicium generari, . . . et

(quarto fascicolo - carta 68.)

et quibuslibet privilegijs, indulgentijs, ac litteris Ap.licis generalib.s, et specialib.s quorumcumq; tenorum existant p. quae p.ntib.s non expraessa, vel totalitèr non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumcumq;, totis tenorib.s de verbo ad verbum habenda sit in n.ris l.ris mentio specialis.

Volumus autem, quod idem Massarius si et postquam incorporationes, annexiones, et uniones p. nos fact.s hu.moi affectum sortitae fuerint p.missa nec non ratione dictae Praebendae incumbentia pro tempore subportare debeat, ac teneatur, . . .

¹¹ (a lato, in margine sinistro) V. pag. 103, infra et 122.

Et insuper, ex nunc irritum decernimus, et inane, si secus sup. hijs a quoquam quavis auc.te scientèr, vel ignorantèr contingerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam n.rae incorporationis, annexionis, unionis, voluntatis, et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare p.sumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Ap.lorum ejus se noverit incursum¹².

Datum Bononiae anno Incarnationis D.nicae mill:mo quadrigent:mo Trig:mo septimo. 7:mo Kal: Octobris. Pont.s N.ri Anno 7:mo¹³

Gratis de Mand:to D. N. Papae

Jo: de Stercarijs

Gratis de mand: D. N. Papae

Petrus de Vivianis

Clemens Papa VIJ.

Rub:ca Quod Can:ci, et Cap.lum non possint domos, terras, possessiones et alia bona stabilia ad Cap.lrem Mensam spectantia locare quandoq; ad tempus, quandoq; in p.petuum, quandoq; etiam Procuratores, et defensores Cap.li pro minima re, ac forsam minus justam (*sic*) litigare eorum arbitrio deputant in praejudicium dictae Mensae.

Clemens Papa VIJ.

Venerabilis Frater salutem. et Ap.licam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecisti quod l.et in Eccl.ia tua Tarvisina satis competens numerus Canonicorum existat, adeò, quod si omnes in Cap.lo interessent dum negotia dictae Eccl.iae expediuntur sine dubio magna cum maturitate, et tunc ipsius Eccl.iae utilitate expedirentur, quia tamen saepè accidit, quod quando Major pars illius Canonicorum ab eadem Eccl.ia tam pro privatis, quam ejusdem Eccl.iae . . .

(- carta 68. tergo)

negotijs sunt absentes: praesentes domos, terras, possessiones, et alia stabilia bona ad Cap.lrem mensam ejusdem Eccl.iae spectantia, quandoq; ad tempus, aliquandò verò in perpetuum minùs utilitèr locant, seu concedunt, quandoq; etiam Procuratores, et defensores Cap.li ad effectum, ut pro minima re, et fortè minus justa litigent eorum arbitrio in praejudicium dictae Mensae Capitularis deputent, et similibus indirectis vijs bona dictae mensae, quorum fructus Divinis Officijs interessentib.s debentur damnificant ipsosq; fructus in suos usus convertere nituntur in animarum suarum periculum, et dictae Eccl.iae, ac aliorum Canonicorum, et personarum illius non modicum praejudicium, diviniq; cultus diminutionem: quare pro parte tue nobis fuit humiliter supplicatum, ut in p.missis opportunè providere de benignitate Ap.lica dignaremur.

Nos igitur attendentes, quod negotia utilius geruntur, quae plurimorum consilio concluduntur, et comprobantur, hu.moi supplicationib.s inclinati, auc.te Ap.lica tenore p.ntium statuimus, et ordinamus, quod de caetero cum Cap.lum dictae Eccl.iae pro locandis, seu alienandis terris, et bonis, aut constituendis procuratorib.s, alijsvè de causis, ubi de praejudicio dictae Mensae Cap.lris agi posset convocandum fuerit, illius convocatio p. Decanum, aut Archid:um, seu Primicerium, seu quemvis alium, ad quem id spectare dignoscitur nullatenus fieri possit, nisi prius citati fuerint omnes dictae Eccl.iae Canonici tam in Tarvisina, quam in alijs Civitatib.s, Diocesib.s, et loci a dicta Civitate Tar:na p.viginti quatuor milliaria distantib.s, et infra sex dies a die citationis hu.moi computandos, venire debeant ad tractandum de alienationib.s, et locationibus bonorum dictae Mensae Cap.lris faciendis, et illis concludendis, et procuratorib.s pro rebus et negotijs dicti Cap.li constituendis alioquin alienationes, et locationes, ac procuratorum Constitutiones dicta citatione minimè p.cedente pro tempore facta nullius sint roboris, vel momenti, et habeantur prorsus pro infectis;

. . .

¹² (*a lato, in margine sinistro*) V. aliam Bullam 1438. infra. c. 121.

¹³ (*subito dopo*) 1437: die 25: m. 7.bris.

Quo circa fraternitati tuae p. haec scripta mandamus, quatenus p. te, vel tuum in spiritualib.s Vicarium Gen.lem facias auc.te statutum, et ordinationem n.ram hu.moi p. Decanum, et Archid:um, ac Primicerium, et Cap.lum p.fatos p. censuras Eccl.ias, et pecuniarias ponas arbitrio tuo moderandas, aliaq; juris remedia etiam p. invocationem brachij saecularis inviolabiliter observari non obstantib.s p.missis, ac constitutionib.s, et ordinationib.s Ap.licis, necnon statutis, et consuetudinib.s dictae Eccl.iae juram:to, confirmatione Ap.lica, vel quavis auc.te roboratis, caeterisq; contrarijs quibucumq;, aut . . . si

(*quarto fascicolo - carta 69.*)

si Decano, Archid:no, Primicerio, et Cap.lo p.fatis, vel quibusvis alijs communitè vel divisim ab Ap.lica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possent p. Litteras Ap.licas non facientes plenam, et expressam, ac de ad verbum de hu.moi mentionem.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die duodecimo Ap.lis 1526. Pon:s N:ri Anno IIIJ.

Extra.

Be. el. Ravenn.

Ven:li fratri Bernardo E.po Tar:no: -

Reperiuntur in libro Actorum et Locationum Cap.li Tarvisini extra signato CC. c. 16. t.go.

Declarationes, et ordinationes infrascriptae factae fuerunt per R.mum D. D.num Franc.um Cardinalem Pisanum de p.sentia, et consensu R.dorum D.norum Can:corum, et Cap.li Tar:ni die jovis XIX. Mensis Septembris MDXXXVIII.-

1538. (*a lato, in margine sinistro*) Nos Franciscus Pisanus Miseratione Divina S.ti Marci S.R.E. Diaconus Cardinalis, Eccl.iae Tar:nae p.petuus Administrator.

Cum ob injunctum Nobis Officium Pastorale a Sancta Sede Ap.lica Eccl.iam N.ram Tarv:nam visitare intenderimus, ut ea, quae correctione, vel emendatione egerent corrigentes, et emendaremus, ac dante domino in melius reformaremus, gregem nostrum in viam Domini dirigendo, et relinquendo bonum modum, et regulam vivendi, atq; in Dei laudib.s persistendi:

Visisq; statutis ipsius n.rae Eccl.iae et sup. eis audiitis D.nis Can:cis, et Cap.lo atq; alijs beneficiatis ipsius Eccl.iae, et omnib.s in Comuni dissensus (*sopra, corregge* discussis), ac bene consideratis consuetudinib.s, et observantia quia plurimos dignos observatione minus observari prospeximus, alios autem indigere declaratione. Ideò prius, et ante omnia ipsa Eccl.iae N.rae Tarvisinae Statuta approbando, et confirmando.

Et ipsum primum statutum ampliando, et declarando, et ipsum inviolabiliter observari mandando¹⁴. Dicimus, et ordinamus, Quod omnes D.ni Praesb.ri debeant stare assidui in Choro, dum celebrantur divina Officia. Neq; exinde exire sine licentia D.ni Decani, aut eo absente antiquioris Can:ci, et contrafacientes non fiant p.ntes Divinis Officijs, et punctari debeant, ac si p.ntes non fuerint, et Substituti contrafacientes ultra praed:ta solvant . . .

(- *carta 69. tergo*)

duos solidos dividendos p. punctaturas. . . .

Et si aliqui deambulaverint in Eccl.ia dum dicuntur divina officia, vel cum personis Laicis sermocinati fuerint, poenam solidorum quatuor incurrant pro qualibet vice, et non fiant p.ntes Divinis Officijs donec satisfecerint debito, ponendos in Capsula deputata.

Ordinantes similiter, quod D.nus Decanus, et Can:ci, dum dicuntur Divina Offitia debeant assidui stare in Choro, et inferiorib.s praeberè bonum exemplum, . . .

¹⁴ (*a lato, in margine sinistro*) V. in lib. Actorum Cap. CC. c.ta 78. 1540. XI. Sept. in execut. harum Constitut. Statutum, quod omnes Beneficiati ire debeant ad Lectorilia.

neque debeant stare extra ipsum Chorum ad loquendum inter ipsos, seu cum p.sonis Laicis, qui si aliter fecerint non fiant p.ntes, ac si ipsis divinis Officijs non interfuerint.

Item ordinamus, quod nullus Clericus debeat stare in Sacristia Eccl.iae Cath.lis dum dicuntur Divina Offitia, et etiam dum non dicuntur: neq; ibi facere circulos, dicendo colloquia inhonesta, aut fabulas, prout usq; modo factum fuit in grave scandalum totius Populi, sub poena soldorum quatuor pro quolibet, ponendorum in Capsula suprad:ta.

Item, quod omnes Clerici euntes ad Anniversaria debeant incedere bini, et bini, et dicere Vesperas morosè, et ire post Crucem, et non ante sub poena soldorum quatuor ponendorum, ut sup:a.

Item, quod loco Eleemosinarum, quae fiunt ad pias causas loco legatorum debeat fieri Eleemosina inter pauperes Clericos, et P.bros Eccl.iae, qui actualiter inserviunt Eccl.iae in summa equivalenti, et non minori¹⁵.

Item, quia introducta est pessima corruptela, quod quidam ex D.nis Mansionarijs non faciunt continuam residentiam, sed deserviunt p. substitutos, et quando fiunt Anniversaria veniunt ad lucrum captandum, et eo finito non veniunt in Eccl.iam. Ideo volumus, et ordinamus, quod Mansionarij existentes in partib.s debeant continuam facere residentiam, aliter quod privari debeant secundum formam Statuti, quod intendimus penitus observari, et quod non participant de anniversarijs, et distributionib.s, nisi fecerint p. duos Menses continuam residentiam, et sic fiat de D.nis Praebendatis.

Item volumus, et ordinamus, quod Statutum de faciendis computis Syndicorum p.octo dies ante Kal. Maij singulis annis penitus observari.

Item dicimus, et ordinamus observari debere Statutum de non alienandis bonis Ecc l.iae, et quod non possit fieri aliqua locatio conditione, . . . nisi

(quarto fascicolo - carta 70.)

nisi prius fuerint Domus, sive Terrae, quae locantur, et Fabricae estimatae, cujus valoris esse reperiantur, et ipsae estimationes positae in Instrum:to, et similiter confinia ad hoc, ut adveniente casu recuperationis, sciri possit, an fuerint melioratae, vel deterioratae, et in quanto sit facta melioratio: et semp. ipsae locationes debeant p.ntari R.mo D.no E.po, seu ejus R.o D.no Vicario, atq; ab eo confirmari; aliter, quod nullius sint roboris, vel momenti.

Item, quod debitores Eccl.iae, tam Can:ci, quam Mansionarij, et Praebendati, Cap.li, seu Aequaliter inherendo Statuto aliàs ordinato p. ipsum R.dum Cap.lum, et confirmatum p.bonae memoriae R.mum D.num Nicolaum Francum tam de Domibus, quam de Possessionib.s, quas tenent ad afflictum, aut ex aliqua administratione facta sive delegatis ad pias causas ex forma aliquorum Testamentorum, seu ex obligatione suarum Praebendarum non possint D.nus Decanus, aut Can:ci habere vocem activam, seu passivam in Cap.lo, et non fiant p.ntes in officijs divinis tam ipsi, quam alij D.ni Mansionarij, et Praebendati, donec debito satisfecerint assignando terminum hijs, qui de p.nti sunt debitores, trium mensium ad satisfaciendum, sed quod in futurum nullam possint habere dilationem.

Declando etiam quod D.ni Canonici de coetere cum fuerint citati ad Cap.lum non possint remittere vocem alicui, si personaliter noluerint interesse.

Et Statutum confirmando, quod terrae Eccl.iae non debeant locari, nisi p.sonis rusticis¹⁶, qui actualiter ipsas terras laborent prout fuit etiam ordinatum sub anno 1530. Mandando ipsum Statutum firmiter observari debere.

Ordinantes etiam alia statuta Eccl.iae deberi inviolabiliter observari ad laudem Omnipotentis Dei, et ad honorem Sanctae Matris Eccl.iae, et Utilitatem deserventium in eadem.

. . .

¹⁵ *(a lato, in margine sinistro)* Eleemosinae, quae secundum Statuta fieri debent pauperibus, in clericorum subsidium conversae.

¹⁶ *(a lato, in margine sinistro)* Domus et Terrae non locentur nisi Rusticis etc.

Publicatae fuerunt suprascriptae ordinationes p. me Pb.rum Dominicum Maurocenum Cancellarium de mand:to ejusdem R.mi D.ni Cardinalis in Palatio E.pali, in Camera Aurea:

P.ntibus R. J.U.D. D.no Federico de Federicis, D.no Presbytero Matthaeo de Ugerijs Rectore Eccl.iae S.ti Martini de Lugignano, et D.no Pb.ro Archangelo Substituto in Eccl.ia de Caserio Testib.s.

Existentib.s ibidem p.ntib.s D.no Augustino de Vonico Decano, D.no Jo: Fran:co Lamberto Primicerio, D.no Andraea Salomono, D.no Fran:co de Vonico, D.no Julio Advogario, D.no Julio Roverio, Domino Alexandro Thealdino, D.no Hieronymo Locatello, D.no Bernardino Aleotis, D.no Andraea Zucchello, D.no Valerio Gratiano, D.no Fran:co Oliva Canonicis ibidem Capitularitè congregatis; . . .

(- carta 70. tergo)

et monitis p. me Canc:rium de Mand:to R.mi D.ni Card.lis Pisani p.fati.

Quib.s ordinationib.s, et declarationib.s sic publicatis, et p. eosdem bene intellectis ipsas, et quamlibet ipsarum acceptaverunt, approbaverunt, et confirmaverunt, et pro firmiore ipsarum observatione ad mandatum R.mi D.ni Cardinalis Pisani et in ejus manib.s spontè tactis corporaliter scripturis, juraverunt se ipsas ordinationes observaturos, et observari facturos.

Quib.s omnib.s, et singulis R.mus D.nus Cardinalis p.fatus suam auctoritatem ordinariam, et judiciale Decretum paritè interposuit.

Die Sabbathi XXI. 7.mbris¹⁷, loco quo supra,

Cong:to R.do Cap.lo Tar:no ad p.ntiam R.mi D.ni Cardinalis de Commiss:ne R. D.ni Augustini de Vonico p. citationem D.ni Psb.ri Jo: Jacobi Marangoni pro ordinandis negotijs infrasc:tis, In quo quidem Cap.lo interfuerunt R.dus D.nus Decanus p.fatus, D.nus Jo: Franc:us Lambertus Primicerius, D.nus Andraeas Salomonus, D.nus Julius Advogarius, D.nus Julius Roverius, D.nus Hieronymus Locatellus, D.nus Andraeas Zucchellus, D.nus Marcus Contarenus, D.nus Valerius Gratianus omnes Can:ci constituentes totum, et integrum ipsius Eccl.iae Cap.lum, cum nullus alius esset, qui ad ipsum Cap.lum posset, aut deberet convocari, p.ter D.num Bernardinum Aleotis, et D.num Franc.um Olivam, qui citati non interfuerunt: ut idem Nuntius ibidem retulit, et fidem fecit.

Praefati R.di D.ni Can:ci constituti coram R.mo D.no Cardinali, et eos exhortante, volentes providere indemnitati Eccl.iae in reb.s infra.tis, sic etiam instante R.mo D.no Cardinali. Habito sup. hijs maturo colloquio, et deliberatione, procedentes unanimes, et concordés, venerunt ad infra.tas ordinationes, et deputationes p.sonarum, ut negotia sic destituta melius exequantur. : --
Et primo . -

1. Quod nomine R.mi D.ni Cardinalis p.fati, et nomine R.di Cap.li debeat requiri Magnificus D.nus Pot.as Tarvisij, quod faciat restituere scripturas p.tinentes ad Canc.riam E.palem, et ad Cap.lum Tarv:num, quas habet D.nus Alexander Philomena Not:us Tarv:nus, olim Canc:rius E.palis, et Not:us Cap.li. Et similiter D.nus D.nicus Novellus Not:us Tarv:nus filius q:m D.ni Fran:ci Novelli olim Canc:rij E.palis et Notarij Cap.li, et signanter inventarium Thesaurariae Eccl.iae Cath.lis, et deputaverunt R.dum D.num Hieronymum Locatellum Can.cum Tarv:num p.ntem, et acceptantem, qui unà cum D.no Marino de Podio Sec:rio R.mi D.ni Cardinalis id instet, et requirat. . . .Quod

(quarto fascicolo - carta 71.)

2. Quod fieri debeat Libraria, et ornari, atq; ibi reponi Libros Eccl.iae, et recuperari eos, qui sunt in Hospitali, aut alibi, et ibi reponi ordinariè prout convenit . . .

¹⁷ (come sopra) lib. Act. CC. pag. 18.

sumptib.s fabricae, et Thesaurariae, et deputaverunt R. D.num Julium Roverium p.ntem, et acceptantem ad hu.moi opus perficiendum, et quia ibi ad p.sens est Scola cantorum, quod de consensu R. D.ni Primicerij reparetur Camera Canonialis supra stallam ipsius, sumptib.s S:ti Jacobi de Schiriali, et ibi teneatur Scola cantus¹⁸.

3. Quod quamprimum D.nus Pb.r Joannes Bisanus ressignaverit Mansionariam filio fratris suo nepoti, quod fiat executio secundi Magisterij, et ei tradatur possessio ipsius Magisterij, et restituantur sibi scuti XX. quos exbursavit pro Bullis Magisterij, deductis tamen denarijs, quos habuit ad bonum computum.

4. Quod iterum, et de novo Missae, et Evangelia, et Epistolae debeant dici, et cantari, prout ante fieri consueverat p. D.nos Mansionarios, et Praebendatos, et dari Elimosyna soldorum sex pro Missa, et soldos tres pro Evangelio, et tres pro Ep.la, ad hoc, ut Eccl.iae bene inserviat, et non sint amplius defectus, et scandala¹⁹.

5. Quod fiat inventarium Thesaurariae deputando R. D.num Primicerium, D.num Andraeam Salomonum, D.num Francischinum de Vonico, et quatenus ipsi tres non possint interesse simul, quod intersint duo ad minus.

Quod fiat inventarium, et ordinatio Scripturarum, et Archivij ipsius Eccl.iae, et reducatur ad bonam formam, et qualitatem prout convenit, et non stent confusae, prout stant de p.nti, deputando D.num Francischinum de Vonico, D.num Valerium Gratianum, D.num Hieronymum Locatellum, qui si omnes non poterunt interesse, quod duo ad minus intersint, cum facultate assumendi unum, vel duos Pb.ros, qui adjuvent, et tribuendi mercedem condignam suis laborib.s.

6. Quod debeat fieri distributio Candelorum in die Purificationis B. M. Virginis omni anno, et continuis temporib.s, prout factum fuit anno proximè praeterito in pondere, et mensura, et non alitèr, et quod similitèr fieri debeat de ceris in solemnitate Corporis Xp.ti²⁰, prout factum fuit anno praeterito²¹, et sic in p.petuum observari.

7. Quod p. D.num Gallum Praebendatum teneri debeat Lampas ad Altare S:ti Onofrij sub Confess:ne S:ti Liberalis, prout tenetur ex forma Testam:ti dictae suae Praebendae.

. . .
(- carta 71. tergo)

Quod similiter teneatur Lampas ad Altare S:ti Salvatoris p. D.num Pb.rum D.nicum de Dancianis Praebendatum, prout tenetur ex forma Testam:ti dictae suae Praebendae.

Quod Clerici non debeant esse substituti in Eccl.ia, sed ire ad Scholas, et attendere ad Grammaticam, et Cantum, et quod Substituti in Eccl.ia Cath.li Tarv:na teneantur de Psb:teris, et quod adminùs sint in Sacris ordinib.s constituti.

Quod domus locata D.no Altenerio de Azzonibus expediatur juxta formam Litterarum Ap.licarum, et nullatenus amplius differatur, prout usq; modo factum fuit cum damno, et jactura Eccl.iae, deputando ad ipsam expeditionem D.num Valerium Gratianum, et D.num Fran:cum Olivam, quod revideri, et recuperari debeant Terrae locatae alijs q:m rusticis, . . . atq; locari rusticis, qui actualitèr laborent ipsas Terras²², deputando D.num Hieronymum Locatellum, et D.num Fran:cum Olivam, et unumquemq; ipsorum, ad excomeandum omnes, et singulos, qui habent ad afflictum Terras tam de Mensa Cap.li, quam de Mensa Aequalitèr, qui ipsas Terras, et Mansos non laborant actualitèr, ad hoc, ut possint, et debeant locari rusticis, et p.sonis, qui laborent actualiter.

Quib.s omnib.s, et singulis suprascriptis, et ordinatis R.mus D.nus Cardinalis suam auc.tem, et giudiciale decretum paritèr interposuit.

. . .

¹⁸ (a lato, in margine sinistro) Bibliotheca reparetur.

¹⁹ (come sopra) V. huius ordinat. execut. lib. CC. Act. c. 21.

²⁰ (ultima nel margine sinistro, seguita da una nota cancellata) V. in fine huius libri c. 126. t.o..

²¹ (subito sopra la nota 16.) nempe anno 1537

²² (a lato, in margine sinistro) Terrae locentur Rusticis etc.

P. ntib. s D. no Pb. ro Nicolao de Histrana, et D. no Joanne a Lilio Clericis Tarv: nis, Testib. s ad p. missa habitis, vocatis specialiter, et rogatis.

Publicatae fuerunt in Sacristia Eccl. iae Cath. lis die ultima 7. mbris 1538.: p. me Pb. rum Dominicum Maurocenium Canc: rium, ad p. ntiam R. D. ni Vicarij, et omnium Prasbyterorum, et Clericorum, et ad omnium notitiam deductae.

Et ego Presbyter D. nicus Maurocenus publ: cus Imperiali auc: te Not: us, et Curiae E. palis Tarv: nae Canc. rius suprascriptum, et ultimum exemplum foliorum num: o quinque p. nti, et ex libro Terrarum (*sopra, corregge* s. Actorum) R. di Cp. li Tarv: ni, p. me, uti ejus Scribam etiam Terrarum fidelitèr exemplavi de verbo ad verbum, et in fidem p. missorum meum signum solitum apposui requisitus.

